

COMPARATIONES
SOLIS ET PRINCIPIS
Orator. cum Solo Inca.

318

U. SOL, Viri Nobilissimi, Impulsi, Consue-
maxime Reverendi, Excellentissimi, Praclarissimi, Specta-
Auditoris omnium Ordinum Honoratissimi, Nobilissimi,
Politissimiq; Juvenes, Commilitones in Bis Nissicorum
Castris Strenuissimi, ut SOL, in toto, maonus ille mundi
aurum suum caput, gemmantibus radiis praefulgidum, ex
se, genuina maiestate sua praefulgidum, absq;
velamine conspicendum, mortalibus praebet: ita Vos SOLIS, vestro
dispulsis curarum nebulis, praesentia vestra admodum
splendide splendidum hoc Auditorium iam iam orna-
tis, nobis quidem serenum vestrum vultum, nullo tristitiae repro-
batione, ultro exhibentes. Fateor equidem, quod insuetum
hoc tam veneranda, quam reverenda praesentia vestra iubar
hic adolescentiae nostrae oculos radiis adeo obfuscat suis,
ut tanquam noctua ad Solem nostra iam omnium caliget acies.
ovem unicum non sustinebat Ovidiana Chim Semete. Et nos
et illustrissimos coeli huius Politici Joves, tot Reipublicae
literariae Proebos sustineremus? Non certe sustinebi-
mus eos; etiamsi toti essemus Lyncei. Si vero, quod ille olim
ptasse dicitur, Deus fenestram aliquam in pectoribus nostris
aperiret: ut haec, quae concipiunt gaudia, non per angustas
versuum orisve nostri rimas, quasi guttatim destillarent, sed
patentibus pectorum portis, prorumperent! Conspiceretis
atq; tunc, gestientem nostram laetitiam, non ex bilari et
ex porrecta fronte: sed ex intimo amoris et nostrae erga vos
observantiae pectore illam spectaretis. Nec enim nobis solum
re huius tam facili Solis vestri exortu novum singularis
laetitiae argumentum; verum etiam pristini beneficii memo-
riam hodie renovastis: ut vestram grati agnosceremus be-
nignitatem. At vero, dum nemini nostrum in praesentia
tam disertis esse licet, ut vestrum favorem, vestrum item